

sum sub actu operandi eadem ratione nec illud additum posset esse potentia: quia est actus per essentiam suam: et pari ratione poneret subiecti suum semper sub actu operandi si illa ratio valeret aliquid. **A**licet autem rationes sunt pro eadem conclusione: que videtur mihi probabiliores: quarum prima sumitur ex natura actus sic accidentia quorum esse consistit in fieri vel saltem in continua habitudine ad agens et que sunt circa subiecti variabilia non insunt subiecto nisi median-ribus accidentibus quorum esse non requiritur continua habitudine ad agens: et quoniam circa subiectum invariabilia. Sed actus anime patet intelligere et sentire in fieri. Requiritur enim continua habitudine ad agens puta ad obiectum. Sunt etiam variabiles circa animam. Non enim semper intelligimus aut sentimus: ergo tales actus non insunt nobis nisi median-ribus: quibusdam accidentibus quorum esse non est in fieri nec in continua habitudine ad agens quod est in anima invariabilia tanquam habentia esse rationis et firmi in subiecto. Tale autem accidens quod supponitur ad actum vocamus potentiam: ergo potentia est aliquid additum essentia anime realiter ab ipsa differens. maior declaratur accidentia anime: quod habet esse debile in subiecto ita quod requiritur continua presentia agens: sicut lumen in aere: et omnia accidentia quorum esse est in fieri sicut de albatro vel augmentatio et hmoi non habent esse in subiecto nisi per se. supposito quod alio accidere quod habet esse raturum et firmum in subiecto: lumen enim supponitur in aere diaphanitate: motus localis supponitur quantitate: motus alterationis aliquid qualitate: et de omnibus talibus sic et sic patet: maior enim declarata est quod dicitur. Secundo probatur idem ex diversitate actuum sic illud quod de se non dicitur ordinari ad actum: sed est indifferens ad diversos actus oportet quod per aliquid determinetur ad quemlibet eorum si aliquid debet producere. Sed essentia anime de se non dicitur ordinari ad actum hunc vel illum: sed est indifferens ad quemlibet illorum. Alioquin cum essentia anime sit una et actus sint plures et realiter diversi unum et idem et secundum idem esse simul determinatur ad plura et realiter diversa quod est inconueniens: ergo oportet quod essentia anime determinetur per aliquid ad hunc actum vel illum. Illud autem quod ab essentia determinatur ad actum vocamus potentiam: ergo potentia est aliquid additum super essentiam. Et sic dicitur quod illud additum est solum respectus et non aliquid absolute. Contra respectus et habitum nunquam est causa determinationis sed potius determinatur respectus quod causat a principio determinationis: verbi gratia ignis non est determinatur ad calefaciendum quod habet habitum vel respectum: sed calor determinatur ignem ad calefaciendum et calor habet determinatum respectum hoc rationabiliter. Sicut enim respectus supponit fundamentum ex quo dicitur: sic determinatus respectus determinatur fundamentum: ergo determinatio anime ad hunc actum vel illum non est per se respectus: sed fit necessario per aliquid absolute quod est immediatum principium actus. Et illud dicimus potentiam. Et ista ratio videtur procedere supposito quod actus anime sint in anima effectus: sicut prima procedit ex hoc quod sunt in anima subiectus. Tertio probatur idem ex communi dicto quod etiam habetur ex doctrina Aristotelis in pluribus locis libri de anima: scilicet quod potentiam anime quod est organice quod vultur cor-pore et subiecto: sicut omnes potentie sensitivae: visus oculo: auditus aure et sic de ceteris quod vero non sunt organice: quod non vultur corpore et organo: licet indigeat corpore et subiecto et intellectus et voluntas. Ex hoc sic arguitur ille potentie que equaliter perficiunt corpus non possunt distinguere secundum organice et non organice. Sic fit potentia anime non differat realiter ab anima et re absoluta. Sic omnes equaliter non perficiunt corpus vel indiget corpore: ergo inter potentias anime non est differens quod quod esse organice et quod non organice quod est contra philosophum et contra commune dictum: maior de se patet: minor declaratur. Essentia enim anime secundum idem equaliter perficit totum corpus et quilibet partem corporis. Respectus autem nihil perficit nisi ratione sui fundamenti. Si ergo potentie non dicitur nisi essentia anime cum respectu: sequitur quod omnes equaliter perficiat corpus et hec fuit in-ter. Quarto patet idem ex separatione potentie ab essentia vel eodem modo sic illa non sunt idem quorum unum manet altero corrupto sed essentia anime manet corrupta potentia: ergo et maior patet: sed minor probatur. Homo enim qui vivit per animam vivens effectus cecus: hoc autem est vel per solam privationem actus vivendi vel per privationem principii visus. Potentia non potest dici quod dormiens dicitur cecus: quod non est verisimile oportet dicere secundum idem cecus homo sit cecus per privationem principii visus: sed principii videndi non est solus respectus: qui nihil principiat aut determinat: ergo preter animam que manet in eodem est aliquid absolute quod est principium videndi et quod per cecitatem corrumpitur et hec fuit minor: sequitur ergo conclusio scilicet quod potentie anime dicunt aliquid absolute additum potentie anime. De potentia autem intellectiva videtur idem esse potissime propter primam et tertiam rationem que eadem concludunt de potentia intellectiva quod differat realiter ab essentia anime sicut potentia sensitiva. Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum quod non est sicut de partibus vestigij et de partibus imaginis: quia partes vestigij attenduntur secundum ea que sunt communia toti enim creati. Et ideo non dicitur aliud additum: sicut nec ens: partes autem imaginis attenduntur secundum ea que sunt propria intellectui nature. Et talia possunt sup fundamentum aliquid reale addere. Ad secundam dicendum est quod essentia anime est intellectiva et sensitiva per se: nec propter hoc sequitur quod ipsa sine addito possit in actu sentiendi vel intelligendi: quia dicitur intellectiva et sensitiva per se ex eo quod de natura sua habet per se ordinem ad tales actus: non oportet tamen quod immediatum. Ad tertiam dicendum quod forma que est principium aliquid actus transiens in materiam exteriori: forte si separatur ageret: sicut calor si separatur calefaceret: sed forma que est principium actus materialis in se et quam recipit si separatur non recipiet talem actum. Verbi gratia diaphanitas aeris est immediata ratio recipiendi lu-

men. Et tamen si separaretur ab eis quantitate non posset lumen recipere: et similiter potest esse de potentia intellectiva respectu actus intelligendi. Ad quartam dicendum quod materia est sua potentia respectu eius quod primo recipit scilicet respectu forme substantialis. Similiter anima per suam essentiam est potentia receptiva eorum que primo insunt sibi: ut sunt potentie: sed sicut materia non est sua potentia respectu formarum accidentalium: sed eas recipit mediantem forma substantiali. Sic anima non est sua potentia respectu actuum intelligendi et sentiendi: sed recipit tales actus mediantibus potentis superadditis scilicet intellectu et sensu quod dicitur de forma accidentali que simplex est sua potentia non est simile de ipsa et de substantiali: quia per substantialem constituitur suppositum cuius esse est et agere. Et prima quidem habet a forma substantiali: sed secundum a forma accidentali que est potentia per qua agit sicut forma substantialis est primum actus per quem existit: vel concedatur quod respectu aliquorum actuum ad quos anima se habet actus essentia anime est idem quod potentia sicut dicitur fuit de potentis negatiuis.

¶ An memoria et intelligentia sint una potentia an diversae.

¶ Questio tertia.



Distinctio de partibus imaginis qualiter se habeant inter se et primo de memoria et intelligentia utrum sint una potentia an diversae. Secundo de intellectu et voluntate. Tertio quod dicitur de intellectu agente utrum sit aliquid anime nostre. Ad primum sic proceditur. Et videtur quod memoria et intelligentia sint potentie diversae: quia intelligentia oritur et memoria secundum Aug. sed nihil oritur a seipso: ergo memoria et intelligentia realiter sunt diversa. Item imago attenditur secundum tres potentias anime: que sunt memoria intelligentia voluntas: secundum eundem Aug. de tri. Sed non essent tres nisi memoria realiter differret ab intelligentia: ergo et cetera. In contrarium est quia respectu eiusdem actus est eadem potentia secundum eundem actum quem Aug. attribuit memorie scilicet tenere species. philosophus. iij. de anima attribuit intellectui possibili dicens quod anima est locus specierum non tota sed intellectus quare ut videtur eadem est potentia memoria et intellectus sui intelligentia. Responso: circa questionem istam est duplex modus dicendi in generali. Primum est quod memoria prout est pars imaginis nominat potentiam realiter ab intellectu et voluntate distinctam quam quidem potentia dicunt esse intellectus agentem. Duplex autem motuum habent. Primum est quod quicquid attribuitur memorie conueniunt intellectui agenti. Duo enim conueniunt memorie que est pars imaginis. Primum est quod continet species. Secundum est quod ex ea gignitur vel oritur intelligentia. Primum conuenit intellectui agenti. Continet enim virtualiter omnes species intelligibiles: est enim illud que est omnia facere ut dicitur. iij. de anima. Item secundum ei conuenit quia intellectus agens est qui causat vniuersale quod est motuum intellectus. Et ideo secundum istos Aug. nonnime memorie vocatur intellectum agentem. addunt etiam quod hoc modo expressus habetur ratio imaginis. Si dicitur quod intellectus agens tenet locum memorie: quia ratio parentis et gignentis verisimile competit intellectui agenti: ipse enim format verbum quod est notitia genita. Secundum motuum est quia imago trinitatis querenda est in suprema parte anime secundum Aug. intellectus autem agens est aliquid simpliciter supremum inter partes anime et ideo inconueniens esse ipsum scilicet de re ab imagine: scilicet dicitur autem nisi teneret locum memorie: ergo et cetera. Item videtur valde exortum scilicet quod intellectus agens vocatur memoria: et applicationis exortus: quod licet verus scilicet memoria et intellectus agens continet species (equiuoce tamen) quia intellectus agens continet solum virtualiter et effectus: memoria autem continet eas formaliter et se habet ad eas subiecti: propter quod continere vtriusque dicitur equiuoce. nomen tamen vnius transfertur ad alterum equiuoce quomodo facile est nomen vnius alteri imponere. Item imago non solum ponitur quantum ad has potentias in homine sed in angelo. In angelo autem non ponitur intellectum agentem qui tenet locum memorie: ergo nec in homine. Secundum etiam motuum non valet: quia nondum est certum quod intellectus agens inter partes anime tenet supremum locum vel aliquid locum. Hec Augustinus vniuersi fecit de eo mentionem nec sub isto nomine nec sub alio quia ut apparet in pluribus locis de trinitate ipse non posuit in superiori parte anime quam mentem vocat nisi memoriam intelligentiam et voluntatem per quarum nullum vniuersi intellexit intellectum agentem. Alius modus dicendi est quod memoria et intelligentia sunt realiter vna et eadem natura absolute sub diversis officiis vel accidentibus qui sunt tenere speciem vel habitum cognoscere et vti speciebus siue actualiter cognoscere: quod patet quia eiusdem potentie est habere habitum et vti habitu et non alterius eiusdem: ergo eiusdem potentie est habere speciem vel habitum actualiter cognoscere et vti specie siue actualiter cognoscere: sed primum pertinet ad memoriam: secundum vero ad intelligentiam: ergo memoria et intelligentia sunt vna natura et vna potentia quod ad illud quod absolute dicunt. Quod autem hec diversitas actuum vel officiorum sufficiat ad diversitatem partium imaginis declaratur sic. Si eundem potentias ut sunt sub actibus attenditur imago maxime et non secundum potentias nudas nisi secundum quid et imperfecte. Sed est quod sit vna natura cuius sunt duo officia vel actus ipsa habet duos respectus subordinatos sibi ordine et origine actuum. Pluralitas autem respectus ordinatio in eadem natura maxime representat vniuersi trinitatem in qua est vna natura absoluta sub respectibus originis. Et ideo talis Durandus super. iij. lib. sententiarum. c.

Ad quartum. P. i. solu. Solu. ij.

Quod. iij. Argu. j.

Argu. ij. In oppo.

Respon. Prima opi. P. i. mo.

Secundum motuum. In. j. mo.

Improb. ij. motu.

Secu. op.

B Secunda probatio. Infallia. Contusa. D Tert. ro. Potentie qda organice qdas non organice. E Quarto. Ad pri. miu. princ. pale. B Ad scdm. h Ad tertiu.